



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Papirii Massoni Descriptio Flvminvm Galliae, Qva Francia
Est**

Masson, Jean Papire

Parisiis, 1678

Regulæ Generales de Fluviiis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13059

re-
olu-
vor-
mo-
!huc
ex-
steas
em-
jam
fus
sta-
ibi-
spe-
ce
de
cum
uus
se

數々の川が、その源流を遡るにあたって、常に同じ名前で呼ばれる事は、何處かの川ではあるが、必ずしもその事は、必ずしもその事ではない。

REGVLÆ GENERALES de Fluvijis.

ALiquot generales regulas.
huic Operi necessarias initio inserere placet, ne legentium oculifal-
lansur.

I.

Fluvii Regales ii soli dicuntur,
qui nomen suum nunquam mutant,
nec aliis permiscentur; sed mare re-
cta petunt, sive Oceanum, sive Me-
diterraneum.

II.

Constat Galliam abundare flumi-
nibus, quia cœlo humido utitur, &
ne nostris quidem imbris caret.
Seneca Philosophus 3. Natural.
quest.

III.

Fluvius, qui nec majorem aquarum
copiam trahit, neque minorem quam
opus ferendis mercimonii, in opti-
mo statu esse existimatur, cumque nec
minus nec plus aquæ habet quam expe-
dit, videtur mercatoribus satis placere.

ā iij.

V.
IV.

Minorum amnium vocabula major
amnis absorbet. Cassiodorus lib. x.
Variarum.

V.

Carolus Magnus à Theodulpho
Aurelianensi Episcopo dicitur im-
perasse fluminibus quæ sequun-
tur.

Cui parent Wallis, Rhodanus,
Mosa, Rhenus, & Anas,
Sequana, Wisargis, Warda, Ga-
rumna, Padus.

Rura, Mosella, Liger, Wlturnus,
Matrona, Lædus,
Hister, Atax, Gabalus, Oltis,
Albis, Arar.

Et paucis interpositis, addit, de ur-
bibus loquens.

Quas Arar, & Warda, Rho-
danus quas abluit acer,
Ælauris, sive his connumeran-
dus Atax.

VII.

Omnia autem Gallia flumina aut
in alia fluunt, aut in mare Ocea-
num, aut in Mediterraneum labun-
tur. Et præclarè Plautus in Pœnu-
lo, Actu 3. ait,

Viam qui nescit quâ deveniat ins-
mare,

Eum oportet amnem querere co-
mitem sibi.

VII.

Sidonius epistolâ 5. lib. 1. ad
Herenium scripta, post abeundi fa-
cilitatem ab amicis, qui Rhodanis, &
id est Lugduni erant, & qui itum
reditumque felicem certantibus votis
ab Italia comprecabantur, adjicit:
Sic Alpium jugis appropinquatum,
quarum mihi citus & facilis ascen-
sus, & inter vtrinque torrentis la-
tera prærupti cavatis in callem ni-
vibus itinera mollita. Fluviorum
quoque, si qui non navigabiles,
vada commoda, vel certè pervii
pontes, quos antiquitas à funda-
mentis ad usque aggerem calcabili
silice constratum cripticis arcubus
fornicavit. Hæc de pontibus præfa-
ti, addimus & hunc Cæsaris locum
ex Lib. 5. Galli, inquit, vitandi
æstus causâ, plerumque silvarum
ac fluvium petunt propinquitates,
ac domicilia sua sylva circumdari
cupiunt.

